

Nova Studia Hemipterologica

auctore

Gustavo Breddin.

Fam. *Pentatomidae*.

Zangis Ludekingi Voll.

Variat haec species, ut iam Vollenhoven dicit, nunc minus nunc magis dilute colorata, pedibus nunc laete viridibus nunc olivaceo-fuscis nunc fuscis, antennis nunc magis nunc minus fuscescentibus vel etiam omnino nigris, maculis marginalibus ante apicem scutelli positis plerumque minimis vel omnino deletis, interdum autem toto apice late nigro. Ventre unius speciminis iavani aurantiaco-rubro, reliquorum aurantiaco-luteo.

Zangis nigromarginatae Stål (1870) *philippensis* diagnosis omnino congruit cum speciminibus illis dilutius coloratis, quae inveniuntur etiam in insulis Banguey et Balabac, quae Philippinis insulis sunt vicinae. Species illa *Ståliana* cum *Zangi Ludekingi* Voll. 1868 coniungenda est.

Forma typica: ♂ Java (Sukabumi).

Var. *nigromarginata* Stål: ♀ Java (Mons Tjikorai).

Exemplaria alia vidi (♂♀) in insulis Banguey et Balabac et circa Tandjong (Borneo merid.-orient.) capta.

Aspideurus ornatus n. spec.

♀: Corpore latitudine sua humerali distinctissime longiore, lateribus sat longe subparallelis, supra sat fortiter, infra modice convexo, nitido, supra cum capite sat rude et conferte punctulato. Capite latitudine frontis intraocularis fere aequilongo, ante oculos maiusculos subtrapezoidaliter producto, marginibus anteroocularibus vix sinuatis. Punctura capitis sat densa, usque ad margines imos iugorum, haud vel obsoletissime reflexos, extensa, vix callos quosdam lineares discales iugorum plagasque duas longitudinales occipitis impunctata relinquente; tylo fere omnino glabro, subconvexo. Pronoto longitudine sua mediana paulo plus quam duplo latiore (fere 7:3); marginibus antero-lateralibus parum rotundatis, postero-lateralibus truncatis, postico truncato vel levissime sinuato; marginibus antico distinctissime et sat late, antero-lateralibus subtilater filiformiter reflexis. Scutello apicem abdominis minime tangente,

latitudini sua basali fere aequilongo; frenis medium scutellum haud attingentibus; parte postfrenali lata. Corio sat dense punctato, plaga angusta rimulam intus sequente, apice retrorsum atque introrsum triangulariter dilatata impunctata; angulo apicali apicem scutelli subsuperante. Membrana venas septem vel octo simplices vel raro furcatas exhibente. Capite inferiore, pectoris lateribus fere totis, abdome latera versus dense at sat subtiliter punctatis. Ventris spina basali compressa coxas intermedias distinctissime superante, prosterni basin subattingente. Mesosterno medio obsolete, antrorsum paulo distinctius carinulato. Rostro coxas intermedias distincte superante, articulis duobus apicalibus fere aequilongis, secundo omnium longissimo. Antennis minus robustis, apicem versus modice incrassatis; articulo secundo tertio nonnihil breviore, hoc iterum quarto breviore (fere 3:4); quarto et quinto subaequilongis.

Supra pulchre coeruleo-niger, metallescens. Connexivo et corpore inferiore cum pedibus et cum maxima parte antennarum et rostri nigris vel fuscis. Metastethii area postica punctata cum ventris basi distinctius viridi-metallifera. Corpore superiore maculis quatuor maiusculis (duabus pronoti discalibus, duabus scutelli basalibus), inter se fere aequae distantibus et simul maculam fenestriformem, rotundatam formantibus laete flavis ornato. Antennarum articulorum primi et tertii basibus, quarti et quinti basibus imis, secundo toto (summo apice excepto), rostri articulo primo toto secundique et tertii basibus, acetabulis, coxis, trochanteribus, tibiarum apicibus summis, tarsis subtus articuloque primo etiam supra, unguiculis (apicibus exceptis), linea mediana segmentorum ventris quarti, quinti et sexti¹⁾ ventrisque incisuris angustissime plus minus obscure atque sordide ferruginescentibus. Ventris spina laete albo-lutea. Membrana albo-hyalina, disco basali late nigro-fusco.

♀: Segmentis ventralibus tertio, quarto, quinto, sexto postice late et modice profunde sinuatis; segmento septimo medio segmentis duobus praecedentibus simul sumptis aequilongo. Apparatu genitali segmento septimo ventrali medio subaequilongo et in eius incisuram apicalem subtrapezoideam immerso.

Long. corp. $6\frac{1}{4}$, cum memb. $6\frac{1}{2}$ mill., lat. hum. $4\frac{3}{4}$ mill.

♀. Java (Pengalengan).

Diffrerit haec pulchra species a congenericis a dom. Signoret descriptis magnitudine paulo minore, coloribus corporis superioris

¹⁾ Segmentum abdominale „primum“ auctorum systematicorum abhinc „secundum“ dico etc.

omnino aliis corporeque inferiore cum pedibus fere omnino nigro, ab una alterave specie etiam punctura ubique fortiore et densiore, membrana magnam partem albo-hyalina connexivoque immaculato. Ab Asp. varianti Bred. et polito Bred. praeter colores differt corpore paulo elongato, nec subquadrato, ventrisque spina longiore, ab hoc etiam punctura fortiore et densiore, ab illo corpore superiore paulo densius et rudius, capite confertissime et fortiter punctatis; punctura ventris quoque hic quam in variante nonnihil densiore, at paulo minus forti.

Cresphontes rufescens n. spec.

♂: Corpore latissime obovato, supra subtusque modice convexo; pronoti parte antehumerali cum capite modice declivis. Capite supra omnino plano, breviusculo et latiusculo, latitudine frontis cum unico oculo haud longiore, pronoto distinete breviore, mox ante oculos sat magnos utrimque sinuato, parte ante sinum extensa fere seniorbiculari; tylo iugis aequilongo, subaequilate percurrente. Ocellis inter se quam ob oculis plus quadruplo longius remotis. Pronoto longitudine sua mediana paulo minus quam triplo latiore, angulis humeralibus subungulariter nonnihil prominentibus, apice processus rotundato-obtusato; marginibus antero-lateralibus usque ad angulum collarem, denticulo subacuto armatum, subrectis, obtusiusculis; margine postico subsinuato. Scutello maiusculo, latitudine sua basali haud vel paulo longiore; frenis scutelli medium attingentibus vel paulo superantibus; parte postfrenali latiuscula, a basi usque rotundato-angustata, apice subacuminato-corrotundato. Corii margine membranali leviter rotundato. Membrana venas 8 vel 9 simplices exhibente, quarum pleraeque decurrent a rena subbasali recurvata. Abdomine elytris clausis paulo latiore; angulis apicalibus segmentorum haud prominulis. Sulco ostiolorum in rugam elongatam exeunte; area evaporativa marginem exteriorem metastethii fere attingente. Spina basali ventris compressa, acuta, marginem anticum mesosterni attingente. Bucculis sat leviter elevatis. Rostro coxas posticas subattingente; articulo primo bucculas haud superante; secundo omnium longissimo apicalibusque duobus simul sumptis subaequilongo, his duobus articulis inter se fere aequilongis. Pedibus breviusculis; femoribus posticis ventris marginem lateralem vix attingentibus; tibiis femoribus brevioribus, supra late planis, utrimque distinete marginatis. Antennarum articulo primo apicem capitis vix attingente; secundo breviusculo, primo haud multo longiore tertioque fere dimidio breviore (2:3); articulis quinto et quarto tertio subaequilongis.

Corpo fere ubique punctato: capite punctulato, punctulis inaequabiliter dispersis, in occipite in lineas complures longitudinales duplicatas irregulares ordinatis; pronoti et scutelli basi ruidius et remotius punctatis; angulo humerali pronoti, scutelli parte maiore laterali et apicali, corio cum clavo, connexivo prostethiique parte postica modice subtiliter et dense punctatis, capite inferiore et ventre confertissime sed quam subtilissime punctulatis.

Dilute luteus, marginibus latis antero-lateralibus pronoti et prostethii cum processu humerali supra subtusque, scutelli disco basali (hoc dilutius), corii disco et parte tota apicali, femoribus, tibiis, tarsis, rostro antennarumque articulis quattuor apicalibus rufescentibus vel rufo-ferrugineis. Punctis corporis superioris fere omnibus fuscis, hic illic in maculas irregulares vel lineas confluentibus. Striis quibusdam longitudinalibus punctulatis occipitis, striis et maculis capitinis superioris anteocularis, huius margine angustissimo, pronoti plaga nebulosa utrimque longitudinali ex angulo collari exeunte, e punctis confluenta posticeque dissoluta, aliisque maculis irregularibus, scutelli macula irregulari discali, nebulisque in angulis basalibus positis, fasciolis basali et apicali segmentorum singulorum connexivi, in ventris marginem triangulariter transeuntibus, lineola capitinis inferioris supra tuberculum antennarum ducta, pro- et mesostethii maculis singulis ovalibus in acetabulorum basi exteriore positis, prostethii linea impressa antica submarginali, pone antennas et in medio interrupta maculaque discali cum eius lineae extremitate confluente, mesostethii maculis duabus in margine antico positis, metastethii macula transversali marginis posterioris lineaque impressa aream evaporativam extrorsum terminante, ventris maculis parvis rotundatis pone spiracula positis, articuli quarti rostralis parte marima apicali, femorum lineolis nonnullis longitudinalibus subapicalibus, unguiculorum apicibus, antennarum articuli tertii fere tertia parte apicali, articulorum quarti et quinti maxima parte apicali fuscis vel nigris, maculis connexivi et interioribus pectoris viridaenescensibus. Membrana dilute fumigata, venis vix obscurioribus; macula anguli interni basalis fuscescente. Alis subsordide-hyalinis, viridi-iridescentibus, parte apicali exteriore venisque fuscescentibus. Dorso abdominis subsordide sanguineo, apicem versus medio fuscenti-sanguineo.

♂: Segmentis ventralibus a tertio usque postice sinuatis, segmento sexto profunde subangulariter sinuato, segmento septimo medio praecedentibus duobus simul sumptis longiore, postice vix

sinuato vel subtruncato, angulis posticis obtusiusculis; (segmento genitali in exemplo descripto abscondito).

Long. corp. sine memb. 9 mill., lat. hum. 7 mill.

Java (Sukabumi).

Cresphonti nigromaculato Hagl., e Deccan reportato, sat similis videtur esse; differt ab domine fere unicolori, spina ventrali longiore et certe aliis notis. .

Prionocompastes n. gen.

Caput planum, marginibus subfoliaceo-dilatatis, ante oculos vix sinuatum, deinde plus minus distincte angustatum; iuga plerumque tota distinctissime distantia, rarius tylus apice leviter depresso a inguis antrorum convergentibus partialiter tectus, iuga tamen semper tylo haud vel vix longiora, apice nunquam longe hiscescentia. Ocelli inter se quam ab oculis plus quam duplo longius distantes. Anguli humerales pronoti utrimque in cornu sat gracile extrosum atque antrorum vergens apiceque plus minus acuminatum producti; margines antero-laterales pronoti sinuati, dentibus paucis (4—6) magnis et acutissimis, dente collari parum vel haud minoribus armati. Scutelli triangularis parte postfrenali mediocri vel subangusta, apice imo subincrassato-reflexo glabro nigro, hac convexitate supra medio leviter incisa. Corio a basi usque plus minus distincte dilatato, margine costali valde rotundato; venis membranae sat paucis, liberis hic illic furcatis. Abdomine plus minusve dilatato; angulis apicalibus segmentorum omnium, secundi exceptis, distinctissime prominentibus. Sulco evaporativo brevissimo, diametro longitudinali ostiolorum rix longiore. Basi ventris inermi. Bucculis leviter elevatis percurrentibus. Rostro coxas posticas plus minusve superante, articulo primo basin capitidis subatingente, secundo omnium longissimo. Tibiis supra planis, distincte marginatis, tibiis anticis omnino non dilatatis; tarsis biarticulatis. Antennarum articulo primo apicem capitidis haud attingente, articulo secundo tertio distincte breviore.

Genus Compasti Dall.¹⁾ valde affine; differt sulco orificiorum multo breviore (in Compaste mediocri, diametro longitudinali ostiolorum ter vel quater longiore), scutelli apice imo subcalloso-reflexo, glabro, nigro (nec plano, fere usque ad marginem punctato), antennarum articulo secundo tertio distincte breviore, pronoti margine antero-lateralii spinis paucis, magnis armato, processu humerali

¹⁾ *Compastem boutanicum* Dall. solum examinare potui.

gracili, in angulum plus minus acutumexeunte (nec in lobos latos apice truncatos pentagonales vel hexagonales dilatato), angulis apicalibus segmentorum abdominalium distincte prominentibus tibiisque anticis haud dilatatis.

Prionocompastes salebrosus n. spec.

Caput latitudini frontis cum oculis subaequilongum, longitudine mediana pronoti paulo longius, ante oculos levissime sinuatum tum distincte angustatum; iugis tylo haud longioribus perque totam longitudinem suam tylo percurrente distincte separatis, apice singulis per se corrotundatis; capitis igitur margine antico leviter biinciso. Pronoto ante humeros cum capite leniter declivo, inter cicatrices leviter depresso (in semina quidem) longitrorsum haud elevato. Humeris in processum sat longum atque gracilem subaequilatum, distincte antrorsum atque extrorsum et lerissime sursum vergentem, extrorsum late, antrorsum apice imo truncatum productis; angulo extero-anteriore, ita incluso, recto; angulo extero-posteriore (marginem exteriorem truncatum processus retrorsum terminante) distincte dentiformi. Pronoti marginibus antero-lateralibus profunde sinuatis, dentibus quatuor magnis armatis, spina collari haud vel rix minoribus; granulationibus nonnullis marginalibus his dentibus hic illic intermixtis denticulisque paucis obtusissimis marginis exterioris truncati processum humeralium obsoletis. Scutello praesertim basin versus transversaliter convexo; angulis basalibus impressionem nigram parvam atque obsoletam exhibentibus, hac scrobula a disco scutelli rugula angusta obliqua distincte separata. Apice scutelli distincte incrassato-reflexo, supra medio subcanaliculato-emarginato. Abdomine a basi usque fortiter dilatato, valde lato, circa basin segmenti quarti latissimo, ibique etiam latitudine humerali paululo latiore; angulis apicalibus segmentorum subobtuse dentiformi-prominentibus. Hemelytra clausa abdome distinctissime angustiora; venis membranae fere omnibus simplicibus. Sulco evaporativo metastethii diametro longitudinali ostiolorum parum longiore. Antennarum articulo secundo tertio distincte breviore (2:3, vel fere 3:4), articulis tertio quintoque subaequilongis, quarto horum utroque parum longiore. Rostro ventris basin attingente. Femoribus posterioribus a latere vasis subtus sub apicem sinuatis.

Caput supra modice subtiliter ac dense, macula utrimque regionis ocellariae confertissime fusco-punctata. Pronotum, scutellum, clavis coriumque rude punctata rugisque callisque densis ubique variolosa; callis praesertim pronoti baseosque scutelli maioribus;

cornubus humeralibus apicem versus densissime rugulosis. Connexum liberum obsolete punctatum. Pectoris lateribus hic plus illic minus rude et dense punctatis, et hic quoque rugulis nonnullis intermixtis. Ventre subtilissime densissimeque transversaliter aciculato, latera versus passim obsolete punctulato.

Supra piceo-brunneus, capite supra paulo dilutius ferruginescenti. Pronoto, scutello corioque propter callos maculasque parvas numerosas ferrugineo-flavescentia intermixta flavo-marmoratis, macula mediana basali scutelli lutea retrorsum breviter lineiformiter continuata paulo distinctiore. Cornubus humeralibus thoracis apiceque imo reflexo scutelli fuscous. Connerivi segmenta singula fasciola sat angusta postmedia ferrugineo-lutea notata. Subtus cum rostro pedibusque flavo-luteus. Capite inferiore, pectoris lateribus (hic illic flavo-marmoratis), mesosterni carina angusta mediana, metasterno, ventris vitta mediana e maculis elongatis subtriangularibus composita, spiraculis articuloque apicali rostri, basi excepta, nigris vel fuscis. Abdomine dense dilute ferrugineo-consperso; eiusdem maculis diffusis in segmento septimo utrimque singulis positis, maculis femorum hic illic in annulos interruptos confluentibus, tibiis apicem versus rostrique articulo tertio ferrugineo-fuscis vel ferrugineis. Antennis substramineis, articulis quarto quintoque apice late fuscis. Membrana sordidissime lutescenti; alis valde decurtatis, apicem segmenti quinti abdominis haud vel vix attingentibus, leviter fumigatis, venis obscurioribus. Dorso abdominis laete croceo.

Long. corp. 15 mill., lat. hum. $9\frac{1}{3}$ mill., lat. max. abd. $9\frac{1}{2}$ mill.

♀. Java occidentalis.

(Pengalengan, 4000 pedes; leg. Fruhstorfer).

Fam. *Coreidae.*

Pternistria macromera Guérin.

Specimina multa, quae examinari, masculina in duas formas distinctas dividuntur:

var. typica.

Ventris spinis lateralibus omnibus gracilibus, anterioribus sensim retrorsum curvatis, posterioribus quam anterioribus paulo tantum brevioribus; segmenti secundi disco medio simplici, segmenti tertii margine postico truncato, disco aut in tuberculos duos alte conicos subreclinatos elevato aut inermi. Femoribus posticis basin versus valde curvatis ibique sat gracilibus, subtus usque ultra medium sub-

inermibus, pone medium in cristam brevem serrulatam alte elevatis. Tibiis posticis rectis subtus ultra medium haud dilatatis, paulo ante apicem denticulo subobsoleto armatis, pone denticulum subobsoleto excisulis.

N.-Guinea (Constantine Hafen).

var. *calcarata*.

Ventris spinis lateralibus omnibus fortiter conicis subrectis, posterioribus quam anterioribus multo minoribus nonnunquam obsoletiusculis. *Ventris segmenti secundi margine postico medio cum parte adiacenti segmenti tertii in cristam transversam integrum plerumque elevato; segmento tertio disco semper inermi, margine postico medio in lobum rotundatum vel subtrapezoideum retrorsum producto, huius processus margine postico cum parte adiacenti segmenti quarti iterum in cristam transversam integrum saepe elevato.* *Femoribus posticis mox pone basin incrassatis (quam in forma typica paulo crassioribus), subtus, basi excepta, per totam longitudinem minute dentatis ante apicem in cristam hand elevatis.* *Tibiis posticis in similitudinem litterae S bicurvatis (ante medium subtus, pone medium supra dilatatis) subtus nonnihil pone medium dente mainsculo acutangulari armatis, inter illum dentem et apicem latissime sinuatis.*

N.-Guinea (Constantine Hafen, Finschhafen, Takar).

*Hae formae valde divergentes primo intuitu ad duas species distinctas videntur referendae. Occurrunt tamen, quamquam raro, specimina, quae cum pedibus formae typicae coniungunt ventris structuram formae calcaratae. Dom. Walker in diagnosi *Mictis insularis* rectissime describit structuram ventris formae calcaratae, structuram pedum formae typicae.*

Feminae quoque variant forma tibiarum posticarum.

Pternistria explicata Dist.¹⁾

A P. macromera Guér. differt praeter structuram femorum tibiarumque posticarum antenuis, rostro, pedibus anterioribus tarsisque omnibus obscure piceis apparatuque evaporativo cum pectore concolori.

♀: *Femoribus posticis quam in mare minus curvalis minusque foribus, subtus serie spinularum introrsum directarum et paulo ante apicem dente compresso late triangulari serrulato armatis. Tibiis*

¹⁾) Genus *Mycillum* Dist. a *Pternistria* haud distinguo; tuberculi discales ventris, quos describit auctor, ut supra exposui, in eadem specie *Pternistriae* nunc adsunt, nunc desunt.

posticis quam in seminis congenericorum multo magis dilatatis; dilatatione lateris inferioris late rotundata, paulo pone medium latissima apicem versus obsolete lateque sinuata; latere superiore per partem basalem circiter tertiam simplici, deinde sat subito atque latiuscule rotundato-dilatato, apicem versus iterum valde angustato, mox ante apicem denticulo armato, pone denticulum truncato. Pectore subferrugineo-piceo.

Long. corp. 22 mill., lat. hum. 8½ mill., lat. max. abd. 8½ mill.

Nova Guinea germanica.

Prionolomia gigas Dist.

♀: Sternis et ventre laete ferrugineis; pedibus antennisque ferrugineo-brunneis; harum articulo tertio apicem versus subcompresso-incrassatulo, quam articulo secundo vix breviore (6:7); his duobus articulis simul sumptis quam articulo primo multo longioribus. Femoribus posticis subgraciliter clavatis leviterque curvatis, supra utrimque serie tuberculorum subspiniformium nigrorum, infra seriebus duabus iuxtaposis spinularum armatis, spinulis seriei exterioris minutioribus; apicem versus extus dente forti late angulari prominente. Tibiis a basi usque utrimque dilatatis, circa apicem partis tertiae basalis latissimis, deinde sensim angustatis, subtus apicem versus fere simplicibus ibique spinulis nonnullis minutis armatis.

Assam.

Pendulinus homoeocerooides n. spec.

Capite ante antennarum insertiones nonnihil prominente. Pronoti angulis humeralibus apertangularibus haud prominentibus; marginibus antero-lateralibus haud reflexis. Abdomine hemelytris clausis aequilato. Sternis haud distincte sulcatis. Bucculis triangularibus, antice truncatis, apice subobtusato. Rostro sat brevi, mesosterni basin haud vel vix attingente; articulo primo oculorum medium vix attingente; articulo secundo quam tertio distincte longiore; hoc articulo a latere viso supra pone basin constricto; articulis quarto et secundo subaequilongis. Antennis gracilibus corporis longitudine; articulo primo quarto aequilongo; secundo quam primo paulo longiore; tertio omnium brevissimo, quam secundo distinctissime breviore (2:3). Pronoto cum propleuris, corio clavoque dense sat subtiliter, scutello paulo remotius, meso- et metapleuris paulo rufius atque remotius punctatis; capite supra et latera versus quam subtilissime punctulato; ventre, sternis et gula glabris.

Ferrugineo-flavus, subitus flavidо-lutens. Prothoracis marginibus antero-lateralibus angustis, membruna tota, maculis lateribus segmentorum ventralium 3—6 intraspircularibus subimpressis rotundatis a basi atque ab apice segmentorum aequae distantibus, macula utrimque linearis transversa segmenti secundi, antennis (basi ipsa articuli primi excepta), rostri imo apice, punctis scutelli (basin versus) et clavi areaeque exterioris corii nigris. His punctis corii coacervatis in maculam nigro-nebulosam costalem triangularem, intus rimula plicatoria terminatam, postice marginem apicalem corii hand attingentem; venis illam plagam nigrescentem percurrentibus linea-que costali ipsa ferrugineis. Dorso abdominis aurantiaco, maculis quibusdam diffusis dilute fuscouscentibus notato. Alis flavescentibus, venis fuscouscentibus.

♂: Segmento genitali maris apicem versus utrimque oblique sinuato; lobo apicali, inter illos sinus prominentem, postice rotundato-subtruncato.

Long. corp. $14\frac{1}{2}$ — $15\frac{1}{2}$ mill., lat. hum. $4\frac{1}{3}$ — $4\frac{2}{3}$ mill.

Perak Malaccae.

Species magnitudine coloribus ventrisque ipsis litoris Homoeocero limbatipenni Stål, cum quo intermixta invenitur, valde similis.

Fam. Lygaeidae.

Astacops (Scopiastes) laticeps n. spec.

Corpo elongato, subaequilato. Capite lato, cum oculis pronoti marginem anticum utrimque valde superante eiusdemque basi multo latiore. Antennis gracilibus et sat longis (corporis dimidio distincte longioribus); articulo secundo quam tertio paulo longiore; hoc articulo et quarto fere aequilongis. Pronoto distinctissime transverso, inter humeros quam longitudine sua fere tertia parte latiore, antorsum parum angustato, ante medium transversaliter depresso; lobo antico valde brevi (cum parte collari quam lobo postico fere ter breviore), in formam rugae transversae glaberrimae elevato; lobo postico distinctissime et rudiuscule, clavo corioque quam subtilissime punctatis. Scutello punctulato, carinis litteram T imitantibus glabris instruncto. Rostro inter coxas intermedias vix extenso, articulo secundo omnium longissimo et quam articulo quarto nonnihil longiore, articulo tertio omnium distincte brevissimo, articulo primo basin capitidis attingente. Articulo basali tarsorum posticorum quam articulis duabus apicalibus simul sumptis paulo longiore.

Corpo pilosulo, cum antennis rostroque nigro. Capite (tylo maculaque diffusa frontis ad basin tili nigris exceptis), ventre et abdominis dorso aurantiaco-flavis; huius apice, ventris utrimque vitta ex maculis rotundatis subcontiguis composita segmentique septimi disco toto cum segmento genitali maris nigris. Coxis trochanteribusque omnibus, femoribus anterioribus maximam partem femorumque posticorum basi angusta (vix quarta parte) fulvis, femorum posticorum reliqua parte cum tibiis tarsisque omnibus nigris vel fuscis; femoribus anterioribus apicem versus plus minusve late et obscure fuscescentibus. Corio claroque fuscescentibus; margine toto costali, basin versus plus minusve introrsum dilatato, nonnunquam etiam tota parte dimidia basali corii cum clari margine coriali aurantiaco-rubris. Membrana alisque infuscato-griseis, illius angulo basali interiore fuscescenti. Antennis apicem versus sordidissime ferruginescentibus.

Long. corp. $6\frac{1}{4}$ — $6\frac{3}{4}$ mill., lat. hum. 2 mill.

N. S. Wales.

Scopiastae Degeeri Stål, cuius specimen comparare non potui, forte similis; differt articulo primo antennarum pronotoque toto nigris antennisque tenuibus et sat longis.

Microcaenocoris n. gen.

Genus *Caenocori* affine. *Corpo minuto. Capite brevi, latitudine frontali vix longiore. Rostro brevi, basin pectoris haud attingente; articulo basali capitidis basin haud attingente. Antennis vix mediocribus; articulo quarto secundo subaequilongo. Femoribus iuermibus. Scutello marginibus rectis, apice acuto. Pectoris lateribus punctatis. Ventre longitrorsum carinato (nec sulcato).*

Microcaenocoris nanus n. spec.

♂: *Capite impunctato. Antennarum articulo quarto graciliter fusiformi, quam articulo secundo paulo tantum longiore. Pronoto latitudine sua apicali subbreviore, late subcampanuliformi (marginibus lateralibus circa medium leviter sinuatis, antice leviter corrotundato-angustatis; margine postico subrotundato-truncato); supra paulo ante medium transversaliter depresso, parte anteriore impunctata, parte posteriore (limbo postico impunctato excepto) distinctissime punctata; hac parte pronoti postica carinam medianam parum elevatam exhibente. Scutello carinis formam litterae T exhibentibus glabris instructo. Rostro coxas posticas vix attingente; articulo tertio quam*

secundo vix, quam quarto multo longiore. Ventris segmentis 3—6 longitrorum carinatis; carina praesertim circa bases segmentorum distincta. Femoribus subclavatis; tibiis posticis leviter incurvatis, apicem versus incrassatulis. Articulo basali tarsorum posticorum articulis duobus apicalibus simul sumptis haud ita multo longioribus. Marginibus lateralibus segmenti septimi ventralis in mare haud vel vix rotundato-dilatatis. Corpore leviter nitidulo, fere ubique pilis longis subrectis densiuscule villoso, his pilis praesertim in tibiis longis ibique diametro tibiarum permulto longioribus.

Pulchre miniaceus. Antennis, rostro, pedibus, tylī apice imo, maculula in tuberculorum antennalium margine exteriore posita, scutello (hoc nonnunquam picescenti), pectoris disco toto (marginibus incisuralibus nec non ostiolis exceptis), segmento septimo ventrali (huius limbo laterali excepto) segmentoque genitali maris nigris. Scutelli apice flavescens aut sanguineo. Membrana cyaneo-nigra, apice imo nonnihil dilutiore. Antennarum articulo quarto fusco-ferrugineo. Dorso abdominis dilute sanguineo; segmento apicali medio nigro. Alis fumigato-griseis.

♂: Segmento genitali impressionem transversalem subapicalem obsoletam exhibente.

Long. corp. $6\frac{1}{4}$ — $6\frac{3}{4}$ mill.

Sumbawa.

Fam. *Pyrrhocoridae.*

Antilocetus maximus n. spec.

Corpore magno. Pronoti marginibus antero-lateralibus bisinuatibus; pronoti area collari postice rotundata, nec angulata, sat fortiter toroso-elevata, disco depresso-applanata. Area cicatricali pronoti leviter convexa, postice tantum linea punctorum maiorum, latera versus punctulis paucis sparsis circumscripta. Scutello levissime convexiusculo, antice transversaliter depresso. Pedibus validis; femoribus anticis subtus ante apicem in parte interiori spina unica vel duabus armatis. Antennis fere corporis longitudine; articulis primo et secundo fere aequilongis; tertio secundo distincte breviore (3:4); quarto gracili quam primo nonnihil longiore. Capite, pronoti areis anticis, scutello corporeque inferiore impunctatis; pronoti lobo postico, scutelli area antica depressa hemelytrorumque parte coriacea remote punctatis; area collari pronoti leviter rugulosa. Hemelytris ventris apicem in mare multo, in femina rix superantibus.

Corpo superiore cum antennis totis, rostro pedibusque nigro-fusco, infra cum dorso abdominis, coxis, capitis lateribus (vel capite toto) limbo angusto antero-laterali pronoti et nonnunquam etiam limbo costali corii laete aurantiaco-rubro. Ventris lineis curvatis incisuralibus utrimque quinque nigris. Femoribus omnibus in latere anteriore linea angusta eburnea, femoribus anticis etiam subtus tibiisque anticis supra eiusmodi linea notatis.

♀: Segmento ventrali sexto magno, apice tamen truncatulo, nec genitalia omnino tegente.

Long. corp. ♂ $21\frac{1}{2}$ mill., cum memb. $23\frac{1}{2}$ mill., ♀ 26 mill., cum memb. $26\frac{1}{2}$ mill.; lat. hum. ♂ $6\frac{3}{4}$ mill., ♀ $7\frac{1}{2}$ mill.

Sumatra sept.-or. (Murdian), Palawan, Mindanao.

Species inter congenericos maxima, statura coloribusque valde similis varietati nigrae Melamphai fabri Fab. iisdem locis habitantis.

Dindymus decolor n. spec.

♂: *Species ex vicinitate D. pyrochroai Boisd., capite eodem modo formato; pronoto quam in illa specie distinete angustiore, quam latitudine sua humerali haud ita multo breviore (3:4); marginibus antero-lateralibus rectis, antice corrundatis, angustiuscule at crassiuscule sursum reflexis. Area cicatricali obsolete circumpunctata; sulco transverso postico valde profunde impresso, in medio fere pronoto posito. Abdomine fortiter rotundato-dilatato, hemelytra utrimque distinctissime superante. Corii margine costali basin versus reflexiusculo. Scutello leviter convexo, basi et apice depresso. Antennarum articulo primo capite vix longiore (reliqui articuli desunt). Rostro coxas posticas haud superante. Femoribus anticis subtus in latere interiore apicem versus spinis duabus distantibus armatis. Pronoti area posteriore, scutello reliquoque corpore glabris, omnino impunctatis; corio cum clavo, quam in omnibus congenericis mihi cognitis multo ruddius atque remotius punctato.*

Niger vel piceo-niger; pronoto posteriore hemelytrisque dilute piceo-brunneis. Prothoracis marginibus antero-lateralibus reflexis angustis, corii limbo costali diffuso (basi excepta) connexivoque laete luteis. Abdomine reliquo dilute aurantiaco; ventris macula magna basali late triangulari marginem apicalem medium segmenti sexti subattingente limbisque apicali et lateralibus segmenti septimi cum segmentis genitalibus nigris vel nigro-piceis. Membrana sordide ferrugineo-grisea.

Segmenti genitalis margine apicali utrimque nonnihil sinuato, inter sinus trapezoidaliter retrorsum producto.

Long. corp. 14 mill., cum memb. 15½ mill.; lat. hum. 5 mill., lat. max. abd. 7 mill.

Nova Guinea orientalis.

Fam. *Reduviidae.*

Sastrapada brevicornis n. spec.

Corpore valde elongato. Capite quam thorace nonnihil breviore; parte anteoculari cylindrica, quam parte postoculari distinctissime longiore et nonnihil angustiore, illa subtus spinulis paucis minutissimis atque obsoletissimis, hac spinis utrimque 5—6 setigeris armatis; iugis supra inter antennas utrimque in denticulum prominentibus. Antennis brevibus; articulo primo capite multo breviore eiusque parte anteoculari cum oculis ipsis fere aequilongo. Rostri articulo basali apicalibus duobus simul sumptis aequilongo. Pronoto quam latitudine sua humerali dimidio eius longiore (3:2), antrorsum sat graciliter angustato; tuberculis humeralibus supra distinctis, haud tamen acuminatis. Hemelytris (♀) segmenti septimi dorsalis medium haud attingentibus. Prosterno profundissime sulcato, utrimque spinulis compluribus spinaque maiore atque gracili antrorsum producta armato. Femoribus anticis subinerassatis, subtus utrimque serie spinularum spinisque tribus vel quatuor maioribus intermixtis armatis; trochanteribus anticis spinulis paucis munitis.

Sordide ferrugineo-slavida; macula diluta minuta venae aream discalem corii postice terminantis, vitta unica mediana ventris postice in lineam angustata, ventris plerumque lateribus, meta- et mesostethio (huius disco sternali excepto), prosterni sulco, capitis lateribus (his saepe dilutioribus), rostri imo apice, coxis omnibus (posteriorum margine apicali excepto), femorum antecorium subtus lituris marmoreis (cum spinulis inferioribus apicibusque imis spinarum longiorum), femorum intermediorum parte tertia apicali, femoribus posticis totis (his sparsim et obsolete slavido-marmoratis), tibiarum anteriorum annulis duobus (altero basali, altero ante medium posito) nigro-fuscis aut fuscescentibus; tibiarum omnium apicibus cum tursis posticarumque annulo antemediano leviter infuscatis. Abdominis margine imo lineolis et punctis quibusdam nigris notatulo.

♂: (unicum tantum specimen vidi) Brachypterus; hemelytris apicem segmenti dorsalis tertii vix attingentibus, singulis postice rotundatis; ventris, pectoris, capitis lateribus femoribusque anticis

subtus corpori concoloribus. Margine apicali segmenti dorsalis septimi subtruncato, levissime sinuato; angulis lateralibus apicalibus subrectis.

Long. corp. 15—17½ mill.

Borneo (Mons Kina Balu).

A congenericis et praesertim a S. lurida Stål differt, secundum diagnostin auctoris, brevitate articuli primi antennarum, pronoti proportionibus aliis, ventris vitta unica mediana nunquam deficiente aliisque notis.

Canthesancus pirata n. spec.

Griseo-stramineus; antennarum articulo primo pone medium, articuli secundi annulo antemediano et apice angustis, linea mediana capitis et thoracis, huius etiam spinis (basi excepta) et limbo basali, scutello (basi spinae excepta), clavi dimidio basali (basi interiore excepta), corii macula minore subbasali fere triangulari sed distinete transversa, macula magna media irregulariter rhomboidali (vel accutius quinquangulari) haud longiore quam postice lata (antice oblique truncata, postice bisinuata), macula maiuscula medium areolae membranalis exterioris occupante haud rel vix longiore quam basi lata subtriangulari (margine basali truncato, margine interiore in figuram 2 arcuato) basi venam periphericam exteriorem breviter transeunte, rostri apice, tibiarum annulis duobus (altero basali, altero antemediano) apiceque, femorum anteriorum dimidio apicali femoribusque posticis totis (femorum omnium apice superiore excepto) pectorisque lateribus nigris vel nigricantibus; harum liturarum plurimis tomento flavo-ferrugineo corporis subobtectis. Spinis pronoti et scutelli basin versus limbisque liturarum nigrarum prothoracis subaurantiacis. Antennarum articulo primo pronoto distinete longiore.

Long. corp. (♂) 22 mill.

Celebes meridionalis.

C. trimaculato Am. & Serv. similis; differt maculis hemelytrorum aliter formatis latitudine sua haud longioribus, nec non colore articuli secundi antennarum et femorum.

Archilestidium n. gen.

[*Acanthaspidini.*]

Capite subtus inermi, elongato-ovato, ante oculos valde declivo; parte postoculari (sine oculis ipsis) parte anteoculari nonnihil breviore, superne visa pone oculos retrorsum subrotundato-angustata, in collum

breve transeunte. Oculis minusculis, per tota capitis latera haud extensis; ocellis minutis punctiformibus, inter se quam diametro singuli ocelli multo longius distantibus impressioneque brevi subsulciformi separatis. Capite interoculari ante impressionem transversalem sulcis lineiformibus duobus basi coniunctis deinde divergentibus et ad tuberculorum antennalium marginem interiorem perductis (nec sulco unico mediano percurrente, ut in *Acanthaspide!*) notato. Rostro a gula distante, articulo secundo primo paulo longiore. Processu prosternali haud recurvo, sulcato, sulci marginibus utrimque antrorsum in tuberculum compresso-conicum prominulis. Pronoto inermi, fere in medio constricto, inermi; antepronoto convexo, sculpturato; postpronoto subplano, sexangulari; angulis humeralibus rotundatis, inermibus. Pronoti lateribus totis carinato-marginatis (carina marginali lobi postici lineiformi, infra tuberculum humeralem currente et cum margine postero-laterali filiformiter reflexo conflente; carina marginali lobi antici latiore, rugiformi). Scutelli marginibus laterilibus inermibus, apice spina subhorizontali armato. Membranae areola exteriore basi quam interiore paulo latiore; hac subaequilata; illa apicem versus modice dilatata. Femoribus omnibus inermibus, anterioribus incrassatulis; tibiis anterioribus fossa spongiosa munitis; tarsis gracilibus, articulo tertio duobus basalibus simul sumptis aequilongo. Antennarum articulo primo parvo, quam capite ter breviore; articulo secundo capiti aequilongo.

Genus habitu *Velitrae* parvae quodammodo admonens, tamen *Acanthaspidi* magis affine; differt ab hac capitis forma alia sulcisque aliter dispositis, ocellorum et oculorum parvitate, pronoto toto extus carinato-marginato antennarumque articulo primo multo breviore.

Archilestidium ornatulum n. spec.

♂♀: Corpore glabro, subnitidulo. Capite pronoto rix breviore; hoc sulco impresso mediano continuo subpercurrente, postpronoto etiam sulco utrinque intrahumerali percurrente instructis; his omnibus sulcis obsolete transversaliter rugosulis. Tuberculis collaribus fortibus obtusis subcompressis. Abdominis lateribus hemelytra clausa utrimque multo superantibus rotundatis inermibus.

Picescenti-nigrum. Capitis maculula utrimque inter ocellos et oculos posita, tuberculo supra basin antennarum posito, antennarum basi et articulationibus angustissimis, rostri (plerumque dilutius picescentis) basi ima, coxarum apice, trochanteribus, geniculis anguste, tibiis apicem versus cum tarsis, ventris vitta media ex

maculis segmentorum triangularibus confluenta diffusa et nonnunquam deficiente, humeris cum adiacente parte prostethii et nonnunquam limbo toto basali postpronoti et haud raro etiam imo apice spinae scutellaris laete ferrugineo-slavidis. Connexivo et limbo ventris pulchre aurantiaco-rubris. Clavi parte fere tota basali, corio anguloque lato basali interiore membranae aurantiaco-luteis; corii macula maiuscula irregulariter triangulari vel quadrangulari, longiore quam latiore, marginem costalem medium basinque areolae interioris membranae attingente vel subattingente nigra. Dorso abdominis fusco-rubro, apicem versus piceo.

Membranae limbo apicali nonnunquam in sordide aurantiacum decolorato.

Variat corio, angulis basali et apicali exceptis, toto nigro pronoto interdum concolori.

Long. corp. 10—11½ mill.; lat. hum. 3—3½ mill., lat. max. abd. 4—4½ mill.

N. S. Wales.

Mendola n. gen.

[*Ectrichodiini.*]

Capite minusculo, latitudine sua cum oculis haud multo longiore, ante oculos fere perpendiculariter declivo, a supero viso pone oculos mediocres subito in collem breviter cylindricum coarctato, subtus pone oculos nonnihil tumescenti; fronte intraoculari subconvexa; parte ocelligera distinctissime convexo-elevata; antennarum insertione oculis magis quam apici acutangulari capitum approximata; tuberculis antennalibus a genis linea modice impressa separatis. Rostri articulo secundo pone basin parum incrassato, quam articulo primo fere eius dimidio longiore. Antennis sexarticulatis, in mare longe pilosis; articulo primo capiti aequilongo, secundo quam primo multo longiore, articulis quatuor apicalibus inter se subaequilongis. Pronoto trapezoideo, ante medium distinctissime constricto, strictura rugis aliquantum distinctioribus musquam interrupta; pronoti sulco mediano pone medium antepronoti incipiente et usque ad postpronoti medium perducto, continuo, retrorsum in formam depressionis dilatato; margine postico utrimque ante scutelli angulos basales levissime sinuato, lobis tribus posticis levissime rotundatis, lateralibus reflexo-marginatis. Humerorum convexitate superiore a disco postpronoti sulco obsoletiusculo vel linea impressa indistinctissime punctata separata. Scutello late transverso; mucronibus apicalibus latissime distantibus, leviter introrsum curvatis. Membranae area interiore fere aequilata,

basi sua quam areae exterioris basi multo (sere ter) latiore; hac area basi angustissima (venis includentibus basi fere ex uno puncto exeuntibus), postice valde dilatata. Femoribus anterioribus viz incrassatis, inermibus; tibiis anticis fossa spongiosa minuscula instructis; tarsis debilibus, articulis basalibus duobus simul sumptis articulo apicali aequilongis. Mesosterno postice impressiones tres exhibente, rugis obtusis duabus antrorsum convergentibus separatas. Metasterno postice subdepresso. Ventre sulcum profundum medium unum, marginibus subcariniformibus inclusum, in incisuris subinterruptum, basi latum (segmenti secundi totum discum medium occupante), apicem versus subangustatum exhibente. Incisuris ventralibus distinctissime transversaliter carinulatis.

Genus Ectrichodiinorum ex affinitate, ut videtur, Nebrisci Berger., quem non vidi; differt capitis parte ocellifera elevata, pronoti strictura forti, rugis haud interrupta, cellula membrana exteriore aliter formata ventreque late et profunde sulcato.

Mendola puellula n. spec.

♂: Corpore glabro, in postpronoti depressione mediana obsolete transversaliter rugoso (haud regulariter carinulato!).

Nigra. Prothorace, scutello (apice imo mucronum excepto), corii angulo apicali abdomineque supra subtusque laete cinnabarinis. Segmento secundo ventrali latera versus, plagis diffusis lateribus ventris in confinio segmentorum tertii quartique et quarti quintique positis, macula maiuscula lateralí segmenti sexti (hac etiam basin segmenti connexivalis sexti occupante), segmento septimo cum connexivo suo et segmento genitali maris segmentoque septimo dorsi abdominis cum segmenti sexti dorsalis limbo apicali nigris. Trochanteribus cum basi femorum, tarsis (apice excepto), capitis apice cum ima basi rostri et antennarum plus minus sordide luteoalbis.

Long. corp. 9—9½ mill.; lat. hum. 3 mill., lat. max. abdom. 3½ mill.

Australia (N. S. Wales).

Sycanus pallens n. spec.

Capite quam pronoto scutelloque simul sumptis paululo longiore. Pronoto leviter et parum distinete ruguloso, haud punctato. Scutelli spina distincte retrosum curvata apice sinuatula, in furcam (nisi quam brevissimam) haud fissa. Abdomine hemelytra clausa utrimque fortiter superante a basi usque ad segmenti quarti apicem sub-

rectilineariter valde dilatato, circa apicem huius segmenti quarti vel medium segmenti quinti latissimis, deinde apicem versus subrectilineariter angustatis; angulo apicali segmenti tertii in denticulum, eodem angulo in segmento quarto in dentem obtusatum, angulis segmentorum quinti sextique obsolete et obtuse prominulis. Segmentis connexivalibus latis transversis glabris, singulis supra elevationibus vesiculiformibus binis mediocribus longitudinalibus instructis; serie exteriore illarum elevationum paulo fortiore, margini abdominis approximata eique fere parallela; segmento quinto connexivali quam longitudine sua dimidio latiore. Antennarum articulo primo quam capite paululo longiore.

Niger, abdome supra subtusque nitide cyaneo-metallico. Hemelytrorum parte coriacea cum basi areolae interioris membranae anguloque imi basali areolae exterioris luteo-alba; dimidio basali clavi nigro; angulo producto apicali corii dilute picescenti; membrana hyalina. Pronoto, scutello, clavi basi pectoreque pilis appressis griseo-albis densissime obtectis; antepronoti lituris quibusdam hieroglyphicis glabris. Ventre utrimque serie macularum rotundarum albo-mucorearum ornato. Antennis nigris; articulo primo annulis duabus et saepe etiam articulo secundo annulo unico laete ferruginescentibus ornatis; articulis duabus apicalibus rostroque apicem versus in ferrugineo-piceum dilutescentibus.

Long. corp. 19—20 mill., cum memb. 20—21 $\frac{1}{2}$ mill.; lat. hum. 4 $\frac{1}{2}$ —4 $\frac{2}{3}$ mill.

Ins. Balabae (prope Borneo).

Gminatus nigroscutellatus n. spec.

♂♀: Capite superiore utrinque pone antennas tuberculo subcylindrico obtuso armato. Pronoto antrorum graciliter angustato; antepronoto spinis 2 longiuscule subcylindricis rectis, postpronoto spinis quatuor subaequicrassis basi fortiter conieis mox in apicem sat longam subcylindricam attenuatis armatis; his spinis omnibus apice ipso obtusatulis. Scutelli tuberculo apicali globuloso. Abdominis lateribus a basi usque valde rotundato-dilatatis, circa medium segmenti quinti latissimis, deinde apicem versus iterum rotundato-angustatis.

Corpo laete cinnabarinō. Scutello, clavo, membrana, abdome (connexivo supra subtusque excepto), meta- et mesostethio, pedibus totis (coxis tantum anticis exceptis), antennarum articulis apicalibus et nonnunquam apice articuli basalis, saepe etiam macula rittiformi partis collaris capitidis superioris subcoerulecenti-nigris.

*Annulo obsoletissimo medio articuli primi antennarum picescenti.
Tuberculo apicali scutelli albido.*

Long. corp. 13—15 mill.

N. S. Wales.

G. Wallengreni Stål, ex Australia boreali reportato, haec nostra uova species Australiae meridionalis affinis; differt magnitudine minore, scutello claroque nigris. Specimina plus quam 12 examinavi hand vel vix variantia.

Isyndus brevispinus n. spec.

Statura et structura partium I. heroï Fab. similis, differt angulis humeralibus extrorsum parum prominulis breviterque acuminatis, quam tuberculis lateralibus antepronoti hand longioribus (nec in spinam longam acutissimam extrorsum productis). Pronoti murgine postero-laterali denticulo late angulari armato; hoc denticulo apice humerali sat approximato, ita ut cum eo quasi processum bidentatum efficiat. (Hoc tuberculo in I. heroë graciliter spinuliformi, rectissime extrorsum vergente, ab apice humerali sat distante.) Scutelli tubculo distinctissimo, antice leviter ascendentem, postice perpendiculariter declivo. Corpore, praesertim etiam pronoto postico, corio corporeaque inferiore dense flavescenti-griseo-pilosus et tomentosis. Colore quam in I. heroë fere semper multo obscuriore.

Corpore cum antennis, femoribus, tarsis parteque maxima posteriore capitis superioris usque inter antennas nigro-piceo vel nigro. Capite reliquo, rostri parte basali (plus minusve late), ante- et postpronoti limbo antico diffuso (illius tuberculis collaribus distincte foveolatis exceptis), prostethii area postica corioque (angulo apicali excepto) sordide testaceis vel ferruginescenti-fuscis, huius colore tomento griseo-albo fere occulto. Femoribus anterioribus subtus plerumque flavis ibique densissime pilosis, supra semper totis nigris, nunquam annulatis. Tibiis anterioribus vel flavis apice nigris et medio plus minus dilute late picescentibus, vel totis nigris; posticis totis nigris vel rarius basin versus dilutoribus. Antennarum articulo primo annulis duobus vel (antemediano deficiente) uno, secundo annulo unico subbasali (interdum deficiente), tertio iterum annulo subbasali notatis, huius et quarti apice flavis. Color corporis inferioris variat inter piceum et dilute carneum, pleuris (acetabulis exceptis) plerumque, maculisque glabris transversalibus ventris semper nigris. Connexiro supra subtusque plerumque nigro, segmentis apicem versus rubris.

*var.: Pronoto magnam partem corioque laete flavo-testaceo-coloratis, itaque *I. heroi* similis, distinguitur haec quoque varietas fucile femoribus supra totis nigris, angulo apicali corii latius nigro, praesertim autem structura angulorum humeralium.*

Specimina ex insula Celebes reportata ceteris obscuriora, pedibus robustis totis nigris, antennarum articulis primo et secundo saepe totis nigris, tertio et quarto fusco-ferrugineis insignia.

Long. corp. ♂ 18—21 mill., ♀ 24—26 mill., cum memb. ♂ 20—22½ mill., ♀ 25—27½ mill.; lat. hum. ♂ 5¾—6¼ mill., ♀ 7½—8 mill.

Java, Celebes meridionalis, Key Tual.

I. reticulato Stål, quem non cognosco, pictura femorum similis, differt tamen statura breviore et latiore, rostri tibiarumque colore et, ut videtur, etiam structura processus humeralis.

Isyndus obliquispinus n. spec.

I. heroi Fab. proximus at minus robustus; differt praecipue spinis humeralibus sat longe productis et acutissimis, at quam in *I. heroe* debilioribus et sensim magis retrosum (nec recte extorsum) prominentibus, margine pronoti postero-laterali dente late angulari (nec spinula gracili recte extorsum vergente) armato, nec non colore fere omnino fusco-nigro.

Colore fusco-nigro. Fascia angusta curvata antica antepronoti, fascia sat angusta antica postpronoti, eius limbo imo postico, scutelli marginibus lateralibus, hemelytrorum areola discoidali, antennarum articuli primi annulo sat angusto versus apicem posito, articuli secundi annulo subbasali obsoleto (his duobus annulis interdum deficientibus), trochanteribus maximam partem, femorum omnium ima basi, femorum anteriorum praeterea annulis duobus angustiusculis pone medium positis (inferiore subtus late interrupto), femorum posticorum annulo unico subapicali, capit is apice anteantennali striaque utrimque anteoculari laterum, raro etiam parte antica gulae, rostri articulo primo (saltus subtus), acetabulis maculisque pleurorum, sternis ventreque (hoc dilute sordideque) aurantiacis. Connexivo supra subtusque nigro, segmentis apicem versus sanguineis. Corpore griseo-piloso et sat dense flavesceni-tomentoso; ventre tomento albido densissime induito, maculis lateralibus intramarginalibus lineisque basalibus segmentorum medio interruptis et latera versus in dilatationes maculiformes exeuntibus glabris, nigris. Antennarum arti-

culis tertio quartoque dilute picescentibus, illo basin versus, hoc basi apiceque ferruginescentibus.

Long. corp. ♂ $15\frac{1}{2}$ — $17\frac{1}{2}$ mill., ♀ 24 mill., cum memb. ♂ 17 — $18\frac{1}{2}$ mill., ♀ $24\frac{1}{2}$ mill.; lat. hum. ♂ $4\frac{1}{2}$ — $5\frac{1}{2}$ mill., ♀ 7 mill.

Java et orientalis (Montes Tengger) et occidentalis.
(Pengalengan, leg. Fruhstorfer.)

Panthous Minos n. spec.

♂♀: Antepronoto medio longitudinaliter impresso, tuberculis subacutis nonnullis armato. Postpronoto distinctissime et densissime ruguloso; humeris acute rectangularibus, subprominentibus; marginibus postero-lateralibus latiuscule reflexis, late sinuatis vel fere bisinuatis. Margine ventris inter segmenta quartum quintumque et quintum sextumque leviter lateque incisulo. Femoribus apicem versus distinctissime tuberculosis.

Nitidulus, subdilute corallinus. Capite (huius ima basi corallina gulaque plus minusve flavescenti exceptis), antennis, rostro, femorum omnium partibus fere duabus tertiiis apicalibus, tibiis, tarsis, plaga ventrali utrimque maiuscula et nonnunquam etiam ventris linea mediana antice posticeque abbreviata nigra. Fasciis apicalibus segmentorum connexivalium 4—6, etiam in ventris marginem transeuntibus, picescentibus, raro deficientibus. Hemelytrorum membrana metallescenti-nigra; ungulo basali flavescenti. Dorso abdominis corallino. Antennarum articulo primo luteo-biannulato. Rostri articulo apicali basin versus rubescenti vel flavescenti.

Colore abdominis supra subtusque (limbo laterali sordide sanguinescenti excepto) nonnunquam in piceo-nigrum transeunte.

Long. corp. 22—27 mill., cum memb. $24\frac{1}{2}$ — $28\frac{1}{2}$ mill.; lat. hum. $7\frac{1}{4}$ — $9\frac{1}{4}$ mill.

Palawan merid. (6 specimina examinavi).

Helonotus pseustes n. spec.

Duae species affinissimae confunduntur sub nomine *Hel. sexspinosi* Fab. in nonnullis, quas vidi, collectionibus; alteram speciem sensim maiorem coloribusque valde variantem, in Nova Guinea et occidentali et orientali habitantem, veram speciem Fabricianam esse existimo; alteram minorem coloribusque haud vel rix variantem, ex insulis Aru reportatam, hoc modo distinguo:

H. sexspinosis.

Corpore maiore.

Ventre feminae subrhomboideo; margine subrotundato-apertangulari, apice anguli aperti circa segmenti quinti extremitatem posito.

Segmento quinto abdominis in femina apice quam segmenti sexti basi distinctissime latiore; angulo apicali illius segmenti distinctissime sublobato-prominente.

Margine segmenti quinti connexivalis in mare oblique rotundato; angulo apicali eiusdem segmenti prominulo.

Tuberculis antepronoti subcylindricis, apice subobsolete truncatis, angulo apicali posteriore tuberculi (a latere visi) rotundato-deleto.

Tuberculis discalibus postpronoti antice tuberculo obsoletiusculo et nonnunquam omnino deficiente armatis.

♂: *Abdomine distincte rhomboideo, ante apicem segmenti quinti apertissime angulato, marginibus totis ante et pone angulum fere rectis. Coloribus quam in femina paululo obscurioribus; capite rostroque cum pronoto concoloribus. Ventre dilute, dorso abdominis saturatius sanguineis; huius plagis quibusdam medianis connexiroque supra subtusque (limbo imo sordide flavescenti excepto) piceis. Tibiis piceo-brunneis, apicem versus dilutioribus.*

♀: *Ventre marginibus rotundatis, integris. Corpore subferrugineo-lutescenti; corio albescenti-luteo; membrana ritrea. Rostro, pedibus, abdome supra subtusque nigris, hoc viridi-metallentescenti. Segundo genitali, segmento ventrali septimo (limbo connexivali excepto), lateribus segmenti ventralis sexti (connexivo excepto) maculaque lateralii segmenti quinti aurantiaco-rubris vel laete sanguinescentibus. Capite nigro-piceo, supra ferruginescenti-piceo. Vitta gulæ lutea. Antennis ferruginescentibus¹.*

Corpore in utroque sexu dense errecteque piloso; pronoto anteriore et capite praeterea dense grisescenti-mucoreis.

Long. corp. ♂ $17\frac{1}{2}$ mill., cum memb. $18\frac{1}{2}$ mill., ♀ 23 mill., cum memb. 23—24 mill.

Ins. Key (permulta specimina vidi, omnino congruentia).

¹) Femina coloribus *H. calcitranti* Stål haud dissimilis.

H. pseustes.

Corpore minore (praesertim maris).

Ventre feminae late ovali; margine bene rotundato, arcu circa apicem segmenti quinti haud (nisi obsoletissime) interrupto.

Segmento quinto abdominis apice quam segmenti sexti basi haud latiore; angulo apicali illius segmenti haud prominente.

Margine segmenti quinti connexivalis in mare distincte apertangulari; angulo apicali eiusdem segmenti haud prominulo.

Tuberculis antepronoti subcompressis, apice distinctius truncatis vel ibique subsinuatis, angulo apicali posteriore tuberculi distinctiore, apertangulari.

Tuberculis discalibus postpronoti antice tuberculo semper distinctissimo armatis.

Henricohahnia n. gen.[*Harpactorini.*]

Capite a supero viso longe cylindrico, pronoto fere aequilongo, antrosum in processum compressum angustum, a latere viso acutangularem longe prominente; capite postoculari quam parte anteroculari cum oculis ipsis nonnihil longiore, retrorsum levissime angustato; capitum impressione superiore pone oculos minusculos obsoleta, fere nulla, ocellis punctiformibus ab oculis sat remotis. Capite supra granulis paucis setigeris, haud tamen spinulis instructo, infra utrimque spinulis paucis seriatis armato. Rostri articulo basali marginem posticum oculorum haud attingente, quam articulo secundo plus duplo breviore. Antennis breviusculis, capite pronotoque simul sumptis brevioribus, dimorphis; articulo primo subclavato capite postoculari multo breviore et articulis secundo tertioque singulis in ♂ breviore, in ♀ subaequilongo; primo tuberculis compressis et obtusatis sublobiformibus horrente, secundo in ♀ supra paucis eiusmodi dentibus armato, in ♂ inermi, piloso. Antepronoto tuberculis nonnullis acutiusculis, postpronoto granulis sparsis armatis, pone humeros retrorsum sat longe producto. Scutelli apice sat angusto. Hemelytrorum areola discali valde elongata atque angusta. Membranae area interiore valde parva, quam area exteriore basi ter angustiore eademque area duplo breviore; area exteriore retrorsum distincte dilatata. Abdominis marginibus in lobos mediocres dilatatis. Prostethio in sulci lateribus utrimque tuberculis nonnullis, mesostethio antice latera versus nodulo distincto armatis. Ventre medio subtiliter carinato. Femoribus quam tibiis multo longioribus, anterioribus subincassatis. Femoribus omnibus supra et extus spinulis fortibus numerosis seriatis, anterioribus subtus serie unica subobliqua spinularum paucarum armatis. Tibiis anterioribus supra spinulis crassis nonnullis minoribus, anticis subtus paucis maioribus instructis.

Genus singulare inter Blaptonem et Sclominam ordinandum.

H. Wahnschaffei n. spec.

Capite infra pone oculos spinulis utrimque binis iuxtapositis et basin versus tuberculis utrimque singulis armato. Postpronoto basi late sinuato vel apertangulariter exciso; antice carinis duabus et magis extrorsum lineis utrimque singulis dense pilosis longitudinalibus, omnibus retrorsum divergentibus, inter humeros carinula utrimque transversali ex angulo humerali exente et intus mox evanescente instructo; hoc angulo sublobiformiter prominulo, spina extrorsum et valde retrorsum producta armato. Tuberculis spinis

formibus femorum in series quatuor vel quinque ordinatis, anterioribus praeterea subtus spinis tribus vel quatuor armatis. Tibiis anticis subtus apicem versus spina forti ceterisque longiore calcariiformi nonnihil extrorsum directa munitis. Abdomine in mare hemelytris clausis non multo, in femina multo latiore, rhomboideo. Apice segmenti sexti connexivalis cum basi septimi in lobum apertangularem, apice segmenti quinti cum ima basi sexti in lobum mediocrem (in mare irregulariter quadrangularem postice extus acuminatum, in femina trapezoideum apice truncatum) dilatatis, in femina angulo apicali segmenti etiam quarti apertangulariter extrorsum prominente. Abdominis margine toto tuberculis minutis setiferis, ventre connexivoque granulis sparsis instructis.

Ferruginescenti- vel fuscescenti-cinerea, griseo-pilosa tomentoque cinereo dense induta. Rostri apice, spinulis gulae, antennarum articulo primo apicem versus quartoque toto nec non femoribus supra tibiarumque maxima parte, ut videtur semper, nigris vel nigricantibus. Rostri articuli primi apice secundoque toto, tibiarum annulo distincto medio aliquo subbasali obsoletiore, tarsis, articulorum antennalium secundi et tertii parte basali quartique ima basi ferruginescenti-albidis.

Long. corp. 13—15½ mill.; lat. hum. 4—4¾ mill., lat. max. abd. ♀ 6⅔ mill.

Java praesertim orientalis (Montes Tengger, ubi haud raro occurrit); iam a viro celebri Junghuhn capta (Mus. Halense)¹⁾.

* * *

Correctiones synonymicae.

Auletrissa n. n. [pro *Auletris*²⁾] Breddin Hem. Ius. Lombok 1899 p. 6].

Crociaeus n. n. [pro *Crocias*²⁾] Breddin ib. p. 24].

Chiastosternum Karsch 1895 [= *Asolenidium* Breddin 1897].

[*Ch. mutabile* Karsch³⁾] 1895 = *Sphaerocoris* (?) *unicolor* Dall. 1851.

Halle (Saale), 24. Januar 1900.

¹⁾ Primum, quod examinavi, specimen Magdeburgi asservatur in Museo Wahnschaffiano, a custode dom. Henr. Hahn mihi benigne commissum; huic entomologo de exploratione faunulae domesticae optime merito, amico meo atque in rebus entomologicis magistro, genus singulare dedico.

²⁾ Haec nomina praeoccupata esse benigne me monuerunt i. litt. dom. Bergroth et Berg.

³⁾ Specimina typica examinavi.

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Deutsche Entomologische Zeitschrift \(Berliner Entomologische Zeitschrift und Deutsche Entomologische Zeitschrift in Vereinigung\)](#)

Jahr/Year: 1900

Band/Volume: [1900](#)

Autor(en)/Author(s): Breddin Gustavo

Artikel/Article: [Nova Studia Hemipterologica 161-185](#)